euangelium ſupra alias ſcripturas laudat: & poſt illud vetus te-
ſtamentum: cogi poſſent conuenienter utiqꝫ Saraceni ſuſcipe-
re dicta in euangelijs & veteri teſtamento. Item in Alcorano in
caplo Elmaida/ qđ interpretatur menſa/ dicit: ꝙ libri ſocietas
nihil eſt/ niſi adimpleant euangeliũ & legem. Societate autem
libri dicit Saracenos. Vnde dicit: niſi adimpleant euangelium
& legem: ſimiliter autẽ & quod tibi reuelatũ eſt: id eſt Alcora-
num: quod ſolis: ut ipſi dicũt/ reuelatum eſt Saracenis: Neceſſe
igitur & his habere euangeliũ & legem/ ſicut & Alcoranum: &
adhuc ſeruare. Q autem Saraceni ſocietas libri dicunt ſcđm
Mahometi intentionẽ/ in multis Alcorani oſtendit locis. Dicit
eñ in capitulo Elnaſa/ quod interpretat/ mulieres/ circa finem:
ꝙ Saraceni non vacillent in lege ſua. Vnde ſcribitur: O ſocie-
tas libri nolite vacillare ĩ lege veſtra: & ne dicatis de deo pter ve
ritatẽ. Hec q̃ ſũt ĩ illo capitulo/ oſtẽdũt ſocietatẽ libri dici Sara-
cenos. Oſtendit aũt palã & in caplo Tulẽ. circa finẽ libri. Si aũt
cõtendentes/ volunt dicere euangelium & veterẽ legẽ oĩno cor-
ruptã eſſe: oſtendant ipſi integrã & ĩmutatã/ & ſuſcipiemus: ma
xime aũt oſtẽdãt unicũ typũ ĩ oĩb9 linguis/ ſicut nos eis adduxi
mus. Manifeſtũ igit ꝙ Alcorani nõ eſt lex dei: ꝓpterea/ ꝙ neqꝫ
vetus lex/ neqꝫ euãgelium: quæ diuinæ leges ſunt: & Mahome
tus cõfitetur/ hanc teſtantur: ſed potius aduerſatur.

Quod Alcoranum non eſt lex dei: quoniam non habet ſti-
lum & modum cum alijs conuenientem: Caplm quartum

Quarto oportet ſcire: ꝙ Alcoranum nõ eſt lex dei: ꝓ
pterea/ ꝙ nõ habet ſtilum/ nec modum diuinæ legi-
ſimilem. Eſt igitur ſtilo rhythmicũ vel metricum/ &
aſſentatione plenum in ſermonibus/ & fabuloſum
Quod autẽ ſtilo rhythmicũ ſit/ per totum librum manifeſtũ eſt
legentibus. Exemplum autem huius nõ poſſum apponere: pro
pterea/ ꝙ non poteſt ſaluari rhythmus vl verſus vere & ſcđm
oĩa cũ in latinum tranſſert. Saraceni autẽ & Arabes in hoc ma-
xime gloriãtur ꝙ locutio quæ eſt apud eos/ legis celſitudinem
habet & rhythmũ: & in maxime hoc oſtẽdit librũ a deo cõpoſi
tũ fuiſſe: & Mahometo ſcđm locutionẽ reuelatũ eẽ. Mahome-
tus idiota exiſtẽs/ ignorabat talẽ ſentẽtiã & locutionẽ. Cuius
cõtrariũ apparet: Videmus eñ in diuina ſcriptura deum loqñ-
tẽ cũ Moyſe/ & cũ alijs ꝓphetis: & nũq̃ rhythmis vl verſibus his